



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

36 Episcopi suarum dioecesium, & etiam aeternorum, animarum cura
debent habere.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

ord. §. & à quo, nu. 7. in fin. Pluresque alias
 qualitates, & virtutes in Episcopo requi-
 sitas ad bene munus suum explendum co-
 piosè, & optimè scripsit Card. Paleot, in
 Archiepiscopali Bono, cap. 6. cum pluri-
 bus seqq. part. 1. Pastores quidem, non
 † autem percussores Episcopi esse debent,
 & ita subditis præesse eos oportet, ut non
 in eis dominantur, sed illos tamquam fi-
 lios, & fratres diligant, monendo, rogan-
 do, arguendo, obsecrando, & increpando,
 Pet. 1. Epist. in cap. 5. circa prius. cap. ult. di-
 stin. 94. cap. esto subiectus, 95. distin. & Con-
 cil. Trident. cap. 1. de reform. sess. 13. Post
 correctionem verbalem contra incorrigi-
 biles ad acriora, & graviora remedia de-
 scendere, & procedere debent, cap. corri-
 piantur, cum seq. 24. quast. 31. & ubi ob
 delicti gravitatem virga opus fuerit, tunc
 cum mansuetudine rigor, cum misericor-
 dia iudicium, & cum lenitate severitas est
 adhibenda Concil. Trid. dicto cap. 1. de
 refor. sess. 13: omnesque subditorum suo-
 rum excessus corrigere, & ipsos visitare,
 ac de eorum excessibus, criminibus, & de-
 lictis etiam extra visitationem, tamquam
 Sedis Apostolicæ delegati cognoscere, &
 castigare possunt, quibuscumque exem-
 ptionibus, consuetudinibus, concordiiis,
 consanguinitate, familiaritate, & aliis non
 obstantibus, cap. irrefragabili, de off. ord.
 & Concil. Trident. cap. 3, & 4. de reform.
 sess. 14. † exceptis Canonicis cathedra-
 lium ecclesiarum, qui per Capitula corri-
 gi consueverunt, in ecclesiis, quæ talem
 hactenus consuetudinem habuerunt, &
 tunc à capitulo ad iussionem Episcopi, in-
 fra terminum competentem, ab eo præfi-
 gendum sunt corrigendi, alioquin Episco-
 pus corrigere potest, dict. cap. irrefragabili,

§. excessus tamen, de off. ordin. & ibi In-
 nocent. in princip. & Concil. Trident. cap.
 6. de ref. sess. 25.

‡ Corrigi etiam, † cognosci, & puniri
 ab Episcopis possunt exempti ratione de-
 licti, contractus; & rei, si delictum fuerit
 commissum, & contractus celebratus in
 loco non exempto, & res de qua agitur, in
 loco etiam non exempto situata existat,
 de crimine hæresis etiam in loco exempto
 commissi, superfluarum comestationum,
 illicitarum fabulationum, & divinorum
 officiorum celebratione, & in civilibus
 causis mercedum, & miserabilium pertona-
 rum, cap. dolentes, de celebr. Miss. cap.
 ad abolendam, ext. de hæret. cap. 1, de pro-
 bat. in 6. cap. unico, §. fin. & cap. 1. de pri-
 vil. eod. lib. 6. & Concil. Trid. cap. 14. de
 ref. quoq. etiam dictum, c. 1. innovat. sess. 7.
 ratione personæ, si exempti etiam regula-
 res claustrales, † extra claustra degentes
 delicta committunt, ab Ordinariis lo-
 corum, in quorum iurisdictione sunt com-
 missa delicta, tamquam super hoc à Sede
 Apostolica delegatis, visitari, puniri, &
 corrigi possunt, Concil. Trid. cap. 3, sess. 6.
 & cap. 4. de reform. sess. 14.

‡ Tenentur Episcopi † diebus Domini-
 cis, & festis solemnibus, legitimo cessante
 impedimento, Missam celebrare, pro quo
 facit Conc. Trid. cap. 2, sess. 2. quia habent
 curam animarum totius diocesis, argum.
 tex. in cap. 14. de reform. sess. 23. debentque
 non modo pauperum suarum diocesium,
 † sed externorum etiam curam habere;
 Nam beatus Petrus profecturus ad præ-
 dicandum Judæis dispersis per Pontum,
 Galatiam, Cappadociam, Asiã, Bithyniã,
 & Paulus profecturus ad gentes ab He-
 ierosolymis per circuitum utque ad Illyri-
 cum,

cum, cum scirent, hoc esse proprium pa-
storis, non solum spiritualia gregi mini-
strare; id quod potissimum est; sed egen-
tibus ea etiam, quæ ad vitæ usus necessa-
ria sunt, providere, curam pauperum ha-
bere voluerunt, ut discant Episcopi anima-
rum, & corporum pastores, si fortè pau-
peres in Diocesi sua non habent, aut su-
perest, eorum necessitati, alienis etiam pau-
peribus opitulari, aut etiam, si ex Diocesi
sua ad usus suorum pauperum, quantum
satis sit, colligere non possunt, ut aliunde
querant, quia cura pauperibus subvenien-
di communis esse debet, sicut Paulus ex
ecclesiis Galatiæ ad pauperes Ecclesiæ,
quæ erat Hierosolymis mittebat, ut 1. Co-
rinth: cap: 16, & Navarr: in tract: de red: ec-
37 cl: d: 3, n: 10. † Nana, quia per filios solent
Ecclesiarum substantia periclitari, cap: de
Syracusana, 28. distin. & Episcopi solent esse
ceeci circa nepotes, secundum gloss: in
cap. pervenit, 1, q: 3, & Concil: Trid: c. 1, sess. 4.
25, de resor. habens filios, vel nepotes et-
38 iam legitimos, † in Episcopum non est
eligendus, authen. quom. op. Epi. §. 1. colum. 1,
& hoc locum nepotum nomine filii filio-
rum, non autem fratrum, aut sororum filii
vocantur, l. jurisconsultus. ff. de grad. cogn.
& Abb. in cap. 1, de test. num. 2, facit cap.
catinensis, 61, dist: & cap: priusquam, 28. dist.
& non posse de jure communi habens fi-
lios, vel nepotes eligi in Episcopum, nisi

dispensative, tenet Innoc. in d: c. 1, de t. st.
quem sequitur Abb. ibi num 2. & Navarr.
in com: de spol. cleric: §. 12, num. 2. ubi di-
cunt hanc opinionem juri scripto esse ma-
gis consonam, licet † contrarium dispo-
nat. cap. Episcopus, qui filios, 12, q 2, & con-
traria vigerit consuetudo, quapropter
multi Episcopi habentes filios, à Sede A-
postolica ad Episcopatus fuerunt promo-
ti, ex opin. Host. quæ communiter est re-
cepta, ut testatur Navarr. d: num 2, & se-
cundum antiqua tempora, quando eccle-
siæ erant pauperes, hoc licebat, cap. sicut,
§. necesse 47. dist. & Innoc. in d. c. 1, in fin. de
test. & puto maxime decere, si nec ad pa-
rochiales ecclesias obtinendas qui filios
40 habent, admittentur, † quia filius est ar-
gumentum ambulans super terram de in-
continentia patris, cap. priusquam, in fi. &
cap. proposuisti, circa princ. & ibi gloss. in
ver. filii, 28. distin.

Patres enim † frontem habere non pos-
sunt alios de incontinentia redarguendi,
dicto cap. sicut, ver. habentes, 47. distin.
nec propterea filii in ecclesiis, in quib. pa-
tres eorum sunt instituti, vel quæ morte
parentum immediate vacarunt, beneficia
obtinere possunt, capitulo presentium, ca-
pitulo ad presentiam, capitulo quoniam,
cap. cum decorem, & ca. ad abolen-
dam, de fil. presbyt.

